

Letter 29: 15 June 1519, Mainz, Capito to Georgius Spalatinus

This letter is printed in H. Barge, *Andreas Bodenstein von Karlstadt* (Leipzig, 1905), vol. 2, pp. 544-45, on the basis of cod. Chart. 13187, p. 249, in the Herzögliche Bibliothek, Gotha.

5 Georgio Spalatino, eximio in literis bonis viro, optimo amico s. Tertio quaesivi te frustra, Georgi optime. Fuit sic abeundum citra novissimi colloquii fructum, qui ferme solet esse suavissimus. Hanc tamen iacturam literis sarciemus. Martinum Lutherum, Carolostadium et alium, quem Christianissimum asseverabas theologum, ex me salutabis, quibuscum Pigmaeus¹ inter Athletas pro solida pietate omni, quod aiunt, pede depugnabo adversus pertinaciae supercilium, hoc est, istis nova frequenter parientibus;² eiusdem venae veterum commentaria per me conversa utcunque subiungam, omissis sophistarum nugis. Gratulor mihi de principe illustrissimo, tantum obiter conspecto, cuius clementia Christiana istorum studia conservantur.³ Vale. Moguntiae, 15 Iunii, anno 1519. Tuus Fabritius Capito. Melanchthoni scribam ex itinere.

¹ Corr.: Pigmaeas (in Barge); Heckel: Pigmaeus

² Corr.: parcentibus

³ Corr.: observantur (in Barge); Heckel: conservantur